Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.

Wien, 1794 Seite 3229

Quelle:
Copyright:

nem legislatoris nostri b. patris nostri benedicti viciniorem quam scripsit Eximius magister Joannes Nider, qui habetur apud Predicatores colonie in libro vbi habetur de reformatione vite cenobitice.

XXI. *fol.* 251. *Cancellarius* (Joh. Gerson) *de contractibus.* Initium: *Qui volunt diuites fieri incidunt in laqueum* &c. Adi, si placet, Cod. XC. n. 23. Ad calcem haec notantur: *Johannes Parisiensis ecclesie cancellarius dictus cognomine gerson sacre theologie professor eximius scripsit hoc opus ad instanciam prioris et conuentus domus maioris Carthusie in Sabaudia. Anno domini* 1420. Extat et *Cod.* alio. Vide *Indicem.*

XXII. *fol.* 275. *Ad sciendum que peccata sint magis minus uel maxime grauia notentur infra scripta.* Brevis Commentariolus hujus exordii: *Quoniam veritas euangelica dicit Si vis ingredi vitam serua mandata. opus est noscere mandata dei* &c.

XXIII. *fol.* 278. *Bernardi de Reyda* et *Gerardi* (Terstegen) *de Monte*, qui anno 1480. obiit, Proff. *Colonienſium* Responsum ad Quaesitum Carthusianorum: *Quot Missas legere teneantur pro Legato annuorum LX. modiorum spelte.* Ajunt, cum tot Modii non excedant totidem *scbudata domini pbilippi ducis Burgundie vix sufficientia pro decenti sustentatione unius honesti sacerdotis*, posse eos admittere Legatum, *si addicant duas missas cotidianas perpetuis temporibus celebrandas* &c.

XXIV. *fol.* 279. Ventilatio duarum Quaestionum: I. *Vtrum concedendum sit, licite plures eundem prebendas possidere.* Exponitur 10. *Propositionibus*, nec fine debitis restrictionibus. II. *Vtrum Crucisignaciones, benedictiones et coniuraciones ad pellendos demones vel curandas infirmitates sint expedientes licite et efficaces.* Adfirmatur adhibitis cautelis contra superstitionem et persuasionem, istiusmodi *ex Opere operato* prodesse.

XXV. *fol.* 284. *Magistri Hinrici*, ut e calce praeoccupo, *de Gorkam* alias *Gorichem Doctoris in theologia egregii viri Pastoris sancti Martini et vice Cancellarij Studij Colon.* Responsum ad Quaestionem: *Vtrum diebus festiuis sit illicitum insistere labori aut exercicio operum corporalium.* Initium: *Quia materia de festorum obseruacione sub practica occurrit cotidiana* &c. Notatur hoc Scriptum in *Bibl. Colon. Harzbemii* p. 119. ubi de Nostro. Aliud illius nobis *Cod.* seq.

XXVI. *fol.* 288. p. 2. *Hic incipit pulcher dyalogus inter christum et cayn explicans causam dampnacionis et salvacionis multorum.* Videtur ἀκέφαλος, incipit enim: *Inde poterant qui in inferno inferiori cruciabantur excitari videntes lucem* &c. Christi videlicet in Limbum Patrum descendentis, qua occasione, nescio quis, istud Colloquium commentus est.

XXVII. *fol.* 295. Collectanea quaedam de variis Materiis Theologicis, quorum praecipua: *De institutione Jeiuniorum. De Ieiu-*